Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



libez

patus est edetis i loco mundissimo tu et filij tui, et filie tue tecum. Tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostijs salutarib filijs israel. eo qd armum et pectora et adipes qui cremant m altari. Elevaverunt coram dno et permeant adta et filios tuos lege perpetua sicut precepit dno. Inter hec hircum qui oblatus fuerat pro peccato quaerebat moyses exquisitum cepit. Iratusque est eleazar et ythamar filios aaron qui remanserat ait. Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto que sancta sanctorum est. et data est vobis, vt poretis multitudinis, et roganis pro eis in conspectu dni. Presertim cum non de sanguine illius non sit illatum intra sanctum et comedi ea debueritis in sanctuario sicut preceptum est mihi. Respondit aaron. Oblata est hodie victima pro peccato, et holocaustum coram dno. nihil autem accidit qd videtis. Quomodo potui comedere ea, aut placare in tristitia nostra luctuosa. Quod cum audisset moyses laudavit satisfactionem. Capm Undecimum

Locutus est dns ad moysen et aaron dicens. Dicite filijs israel. Cuncta bestiarum que sunt super terram vt sint vere deus. Hec sunt animalia, que comedere debetis de cunctis quadrupedibus terre. Omne quod habet ungulas dissecas et ruminat in pecoribus comedetis, quicquid autem ruminat quidem et habet ungulas, sed non dividit ea sicut camelus et cetera, non comedetis illud, et inter immundum reputabitis. Cyrogrillus qui ruminat, ungulasque non dividit immundus est. Lepus quoque nam et ipse ruminat, sed ungulas non dividit, et sus qui ungulas dividit non ruminat. Horum carnibus non vescemini, nec tangetis cadavera ipsorum quia immunda sunt vobis. Hec sunt animalia que gignuntur in aquis, et vesci licitum est. Omne quod habet penulas et squamas, tam in mari quam in fluminibus et stagnis comedetis, quicquid autem penulas et squamas non habet eorum qui in aquis movent, et vivunt abhominabile vobis. et execrandum erit. Carnes eorum non comedetis et morticina vitabitis. Cum tamen non habent penulas et squamas in aquis polluta erunt. Hec sunt que de avibus comedere non debetis et vitanda sunt vobis. Aquilam et gryphem, et alietum milium, ac vulturem iuxta genus suum, et omne corvinum genus iuxta similitudinem suam, struthionem et nocticoram, et larum et accipitrem iuxta genus suum. Bubonem et mergulum, et ibim cygnum, et onocrotalum et porphirionem hecodiam et charadrion iuxta genus suum. Upupam quoque et vespertilionem. Omne de volucribus quod gradit super quatuor pedes abhominabile erit vobis, quicquid autem ambulat quidem super pedes, sed habet longiora de retro crura, quique salit super terram comedere debetis, vt e